



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vera Concilii Tridentini Historia

Contra falsam Petri Suavis Polani narrationem

Pallavicino, Sforza

Antverpiae, 1670

Argvmentvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11642

HISTORIÆ CONCILII TRIDENTINI LIBER PRIMVS.

ARGUMENTVM.

Status Reipublicæ Christianæ ineunte seculo decimo sexto nostræ salutis: Origo & exitus falsi Concilij Pisani. Indulgentiæ à Leone X. promulgatae: eadem à Lutheru impugnatae, aliaque præterea Fidei dogmata. Dies illi dicta ab Auditore Camerae Apostolice. Eius causa Thomæ de Vio Cardinali, tunc in Germania Legato, commissa. Huius cum Lutheru congressus. Lutheri prouocatio à Cardinale tamquam à suspecto Judice. Legati ac Lutheri studia contraria apud Saxonem: secundi prævalent, & quare. Timor Lutheri, & eiusdem ad futurum Concilium prouocatio. Declaratio interim à Pontifice promulgata super Indulgentiarum vi. Mors Maximiliani Cæsaris, & incommoda inde consecuta. Carolus Melitius ad Saxonem allegatur à Pontifice, occasione Aureæ Rose ei deferenda; at potissimum Lutheri causâ: quomodo is exceptus. Duos annos in ea tractatione versatur diligenter quam prudentius. Eius cum Lutheru colloquia; atque huius ad Pontificem literæ. Solemnis disputatio Lipsiae habita inter Caroloſtadium ac Lutherum ex una parte, & Ioannem Eckium ex altera. Exordia Zwingiane hæresis in Heluetia. Lutheri doctrina in variis Academiis damnata: Leonis in eum Pars I. A Diplo-



HISTORIA CONCILII TRIDENTINI Lib. I. Cap. I.

Diploma. Lutheri libri nonnullis in locis concremati ob Diplomaticis obseruantiam. Mutua combustio solemniter à Luthero habita VVirtembergæ eiusdem Diplomatici, totius Iuris Canonici, aliorumque voluminum. Ad Carolum Cæsarem, nouum Imperatorem, Nuntij à Pontifice missi Caracciolus & Aleander, cui præcipue negotium de Lutherò datum. Propensa in Carolo voluntas, atque in Belgio Diplomatici executio. Difficultates ad id exequendum Coloniae & in aliis Germanie turbibus obiectæ, ac superatae. Generali Conuentus à Carolo VVormatiæ habitus. Varia tum in eius Consiliariis, tum in diuersæ conditionis viris de causa Lutheri sensa. Proponitur Conuentui edictum Casareum contra Lutheranos. Perorat ibi tres horas Aleander. Euocatio & accessio Lutheri, fide publicâ acceptâ. Interrogatur, & admonetur in Conuento; eiusque responsa. Timor ab eiusdem fautoribus Conuento incusus. Adhortationes, quibus priuatim Principes erga Lutherum usi sunt; eiusque pertinacia. Eiusdem inde dimissio, discessio, ac voluntarius in itinere raptus. Edictum Cæsaris, contra Lutherum, eiusque asseclas ac doctrinam promulgatum.

C A P V T P R I M V M.

Rei Christianæ status ante Lutheri heresim, & Iulij Secundi ingenium & mores.



VVAT meam inde narrationem inchoare, vnde plenè Suavis inchoat; vt pari passu gradiens, possim subinde lectorem admonere de iis locis, vbi ille vel per ignorantiam labitur, vel per fraudem lapsum alteri parat. Nostræ salutis seculo sexto supra decimum perdurabat schisma atque heresis in Oriente, è cælo multata supplicio æquè graui ac lamentabili Regnis etiam Catholicis, tyranni de scilicet Turcarum, qui paulò ante Constantinopoli expugnatâ regiâ, opprimebant eodem tempore partem Christianæ gentis noxiā seruitute, innoxiam terrore, cum in Occidente vera Fides regnaret, vix leuiter contaminata; quippe minutis quibusdam labe culis, ac penè visum fugientibus aspera ignobilium ac despectarum heresum, apud gregem exiguum rusticorum ac rudium; reliquias nempe